

t. *Maximus amator.*] Farinac quæst. 136. cap. 1. numer. primo. Ros.
 u. *Franciscus Petrarca attestatur.*] Adde infra quæst. 60. versicul. primo. ibi. vidisse quendam minorem, vbi citauit hunc locum. *Droh.*
 x. *Cum subdita.*] Ancillam autè propriam stuprans qua plectatur pena, vide per Menoch. de arbit. iudic. casu 293. *Giach.*
 Cum subdita.] Adde, 24. quæ pœna puniri debeat ancillam propriam stuprans, Menoch. de arb. casu 293. *Baiard.*
 y. *Cum pupilla.*] Adde, & quod idem habetur per Carter. in pract. crim. §. Homoc. 6. numero 315. *Giach.*
 z. *Cum carcerata.* Adde, & vide per Iacobin. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 292. Item quid econuerso, quando carceratus cognoscit vxorem, vel ancillam custodis, vide ibi. numero 5. & seq. *Giach.*
Cum carcerata.] Adde, 25. de, quod è contra si carceratus carnaliter cognoscere vxorem, siue ancillam custodis carcerum deberet puniri arbitrio Iudicis, Menoch. de arbit. iud. cas. 292. in fi. vbi latè hanc materiam tractauit, qua pœna plectantur cognoscetes carnaliter mulieres carceratas. 26. tas. 1. & de ista materia etiam plene habetur per Boer. in decisio. 317. hic allegata, & ibi etiam tractatur de cancellario cognoscente carceratam; vide etiam Farinac. var. quæst. 31. num. 1. 1. 2. cum sequent. vbi opin. Menoch. sequitur, quæ mihi multum placet. *Baiard.*
 a. *Cum Iudæis.*] Adde, & vide per Iac. Menoch. quibus penis afficiantur Iudæi cum Christianis in diuersis casibus ibi distinctè examinatis coeuntes, & è contra. *Quid de Cathecumenis, & Saracenis,* in tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 290. vbi diligenter explanat. illos. Sed aduerte, quod onus probandi, quod mulier cognita sit Christiana, & quod Iudæus cognoscens sciret illam esse Christianam, pertinet ad fuscum. Alc. respons. 1. 1. nu. 7. tom. 2. lib. 7. Item de pena Iudæi adulterantis habetur per Carter. etiam pract. crim. p. 449. num. 266. *Giach.*
 27. *Cum Iudæis.*] Adde 1. circa huiusmodi quæstionem videndum Menoch. de arbit. iudic. casu 290. vbi pulchram facit distinctionem, & ibi ponit de Cathecumenis, & 28. Saracenis. Et si extaret statutum simpliciter disponens, Iudæos morte mulctari, si carnaliter cognouerint mulierem Christianam, nulla facta distinctione, an sit nupta,

vel meretrix, quomodo esset intelligendum, vide etiam Ga. briel. conclus. 21. libro 7. & 1. Fiscus tenetur probare, illam mulierem esse Christianam, & quod Iudæus sciret, Alciar. consilio 11. numero 7. tom. 2. lib. 7. vide etiam Vulpell. in 30. consilio 42. vbi conluluit 1. pro Iudæo vxorato, qui carnaliter mulierem Christianam meretricem cognouerit, vt non possit puniri pena capitali, sed pena extraordinaria, & Alexand. in fortioribus, in consilio 99. columna. 1. 6. consoluit 1. Iudæum adulterium committentem cum Christiana meretrice non fore adulterij pena puniendum, refert & sequitur Neuiz. in Sylua nept. libro quarto, sub numero 46. & Viui. opin. 391. vbi late, 1. quæ pœna Iudæus cognoscens Christianam puniatur; & latissime per Decian. in tract. crimin. tom. primo, libro quinto, capitulo decimosecundo, numero 20. cum sequent. vbi 1. quibus penis puniantur Iudæi, qui carnalem habent cum muliere Christiana meretricem, vel honesta vitam, vel in figura matrimonij, imò secundum Petrum de Vbal. in consilio 29. volum. primo, inter consilia crimin. diuers. parua impressio nis, Iudæus carnaliter se immiscens cum muliere Christiana, meretrice, quæ stat in lupanario non potest aliqua pena puniri per iudicem secularem, nec ecclesiasticum, quia lex facit meretrices indignas obseruatione legum, sed hoc iudicio meo non seruaretur in practica ob qualitatem iudaicam, quæ aggrauat ex conuersatione, & qualiter Christianus cognoscens Iudæam, etiam in forma matrimonij habetur per Boer. in dict. decisio. 316. uumer. quinto, & Decian. in dict. tract. crimin. libro quinto capitulo decimosexto, num. primo, to. 1. vide etiam Boff. in titulo de coitu damnato, & punibili numero vigesimo, & Paul. Giran. in tractatu de penis omnia. coitus capitulo decimosecundo, per totum, & ibi etiam de Turco, Moro, Hæretico, Saraceno, & de similibus extraneæ fidei, & cognoscens Iudæum 1. pœna ordinaria ob minorem ætatem excusatur, Alciar. consilio quinquagesimo octauo, in fin. quem sequitur Menoch. casu 329. numero tertio.
 34. Item 1. adde, quod statutum puniens adulterium, & stuprum pena pecuniaria, comprehendit etiam Iudæos, adulterium, vel stuprum committentes, Roland. cons. 35. numer. 39. 45. & 49. vol. 3.

Alia.

b. *Alia mitiore.*] Roland. à Valle, consil. 35. in 2. volum. Vulpell. latè consil. 42. & Far. d. quæst. 139. vbi etiam de cognoscente aliam infidelem, num. 32. Ros.
 c. *Et ego vidi Iudæum.*] Supra in §. Adulterium, versic. pone stat. in fin. *Drog.*
 d. *Exod. cap. 23.*] Voluit allegare Leuit. capit. 20. Adde Quintill. Mandos. Tractat. de signatu. grat. fol. 54. à terg. *Drog.*
 e. *Inter mulieres.*] Farinac. q. 148. n. 40. & seq. vol. 5. Ros.
 f. *Dicitur etiam.*] Adde 1. in hac materia illius, qui eodem tempore duas, vel plures ducit vxores, vel maritos videndum Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centu. 5. cas. 420. vbi multa accumulauit, & de multis nationibus, quæ pluralitatem vxorum admittunt, vide etiam Boff. in titul. de coitu damn. numero 78. vbi refert de quodâ, qui ob lepidum dictum, & responsum fuit gratia 36. tus. Et 1. quid de habente duas sponfas, vel vnâ vxorem, & vnâ sponfam, vide Aret. in tract. de malefic. in verb. *che mi hai adulterato*, ver. & aduertis, vide etiam Couarr. in 4. decret. parte prima, §. 3. numero 6. vbi dicit, quod femina nupta, si sciens contraxerit cum secundo, qui eâ scienter acceperat, adulterij pœna damnatur cū viro, & ibi ponit alias penas, & quomodo 1. in Hispania puniantur, & de pœnis habentis duas vxores, vel duos maritos, vide etiam Viu. commun. opin. 1057. in ver. vxores duas habens.
 38. Item 1. adde, quod Iudæi habentes duas, vel plures vxores puniuntur, sicut Christiani, nisi primam solemniter repudiassent, quod licet facere Iudæis, leg. nemo Iudæorum, in fine, C. de Iudæis, & c. gaudemus, de diuor. Bald. consilio 428. inquisitio dicta, nu. 3. vol. 5. & latè per Dec. in tract. crim. tom. 1. lib. 5. c. 12. nu. 13. *Baiard.*
 g. *Punibilis coitus.*] Quid si ex forma statuti

tis, sed *alia mitiore.* & hanc esse communem opinionem attestatur Boer. decis. 316. num. 5. quem refert Didacus in epitom. super quarto decret. fol. 112. numero 35. Mantuan. centuria prima, numero 30. Erit ergo puniendus pœna extraordinaria, arbitrio iudicis citra mortem. Et dicit Alciatus consilio 458. numero primo, quod Doctores magis communiter sentire videntur, quod puniri debeat pœna pecuniaria, & iram facti contingentia contuluit Alexander consilio 13. libro 7. & Corn. consilio 107. libro primo. Oldradus autem in consilio suo. vltimo dicit, quod in facti contingentia vidit iudicatum, quod cuiusdam Iudæo, qui carnaliter cognouerit quâdam mulierem Christianam, amputarentur virilia, & dicit se illa vidisse ante palatium. Et ego vidi Iudæum de hoc crimine accusatum transmitti ad vitrem per decennium, etiam quod mulier, cum qua ipse carnaliter se commiscerat esset publica meretrix: hoc tamen intelligit, vt procedat, quando talis coitus Hæbrei cū Christiana esset simplex fornicatio, sed si esset adulterij, vt in casu Ias. consil. 22. libr. 1. & aliorum, quos retuli supra hoc eodem libro §. adulterium, ver. sic. pone stat. statuti, vel alius coitus, qui esset punibilis pœna mortis, crederem non esse debere meliorem conditionem Iudæi, quàm Christiani. Refert etiam Boerius in dicta decisio ne 316. numero quinto, quod Parisijs fuit combustus quidam Ioan. Alardus, qui ex quadam Iudæa, quam in domo retinuerat, susceperat plures liberos.
 27. *Cum animali bruto coitus inter nefandos connumeratur,* puta: si vir coierit cum asina, vt in casu, in quo consuluit Roland. consil. 7. libro primo, dicitur enim talis coitus fieri contra naturam humani generis, cap. hoc ipsum, §. 1. 33. q. 2. & puniuntur pœna mortis, vt est text. in cap. mulier 15. q. 1. & ita tenent communiter Doctores, vt attestatur Anton. Gomez. super l. 80. Tauri. numero 35. & ita fuit in facti contingentia ad mortem damnatus per curiam Burdegal. quidam, qui nixum fecerat cocumdi cum bruto animali, licet impeditus opus non consumasset, vt refert Boer. decis. 316. vsque ad nu. 5. & Papo lib. 22. tit. 7. arresta 1. Et certè secundum legem Mosaicam tale facinus committentes puniebantur morte, d. Exod. 23. & etiã mandatur occidi pecus, cū quo ipsum scelus committitur, prout etiam seruatum fuisse per prædictam curiam in nonnullis casibus refert Boer. in allegata decis. 316. post num. 6. in quibus dicit viros, prius strangulatis animalibus, combustos fuisse. Vide in hoc proposito quæ a ixi infra hoc eodem lib. §. fin. quæst. 99. versic. quæro etiam.
 28. *Cum mortua quoque coitus est punibilis: & hoc faciens, videtur grauius puniendus, tanquam contrectator cadauerum, iuxta dispositionem leg. final. Codice de sepulchro violato, prout etiam sentit Boer. in allegata decisio. 316. numero 13.*
 29. *Inter mulieres cadit etiam coitus punibilis, quando inter se actum venereum faciunt, fricando, & se corrumpeudo, de quo in facti proposito fuisse accusationem contra duas mulieres refert Boer. in d. decisio. 316. circa fin. Est autem à Iure pro hoc crimine imposita pœna mortis, vt est text. in l. fœdissimam. C. de adulte. & est communis opin. vt dicit Anton. Gomez. super l. 80. Tauri, numer. 34. quam tamen ipse intelligit, vt procedat quando simul coeunt, non simpliciter fricando, sed imponendo aliquid instrumentum materiale, puta ligneum, vel vitreum. Et ibi recenset multos casus, qui in hoc proposito contigerunt. & dicit sibi relatum fuisse, quod quadam Moniales, quæ ita simul cohibant, fuerunt combustæ. Quando verò simplex fricatio interuenit, debent secundum eum puniri citra mortem. Et ita in facti contingentia iudicatum fuisse refert in Ciuitate Granata, quæ opin. tanquam mitior mihi satis placet.
 30. *Raptus etiam inter maxime damnatos coitus connumeratur, & puniuntur vltimo supplicio, vt dixi infra hoc eod. lib. §. raptus.*
 31. *Dicitur etiam damnatus, & punibilis coitus illius, qui eodem tempore, duas, vel plures duxit vxores. Scias autem quod Sanctis Patribus ex diuina reuelatione permisum fuit plures vxores habere; & hæc est communis opinio, vt dicit Florent. in tertia parte, titulo decimo quarto, capitulo decimo, numero secundo, quem refert Didacus in epitom. super quarto decretal. fol. 124. numero secundo. Hodie verò est prohibitum viro duas vxores ducere, & mulieri pariter duos maritos habere. Pœna autem viri accipientis duas vxores, & mulieris accipientis duos maritos, de Iure canonico est, vt mulieris capilli, & panni anteriores, & posteriores scindantur, vt habetur in capitulo de benedictio. 32. quæst. 1. secundum expositionem. quam dicit esse veram, & approbatam Petr. de Bagarot. inter consil. crim. diuersorum consil. 85. in fin. lib. 2. de Iure autem ciuili. variæ sunt opin. sed magis communis opinio vide-**

F 3

Iulij Clari Sent. Pract. Crim.

K *Pena stupri.* Adde & per Carrer. in practic. par. 464. nu. 305. & 313. & per Boff. in tit. de coi. tu damnat. & puni. numero 75. quem Auctor. in multis diffimulat. Giach.

I *Preterea tales.* Farin. sup. nu. 15. *Rof.*

M *Nos autem.* Boff. de coi. tu damnato. num. 78. Farin. dicto num. 22. & 23. *Rof.*

N *Fugitatus.* Item attestatus est Boffius ubi sup. Giach.

O *Ultimo supplicio affectus.* Adde, & vide Boff. eodē loci, ubi egregie narrat casum de quo dam condemnato ex eo, quod matrimonium contraxisset cū quatuor mulieribus, qui incidit in Regem Carolum, dum ducebat ad locum supplicij, & cui Rex oblectum responsum gratiam libere concessit. Et verē fuit ex mera, ac propria Gratia Regali, quia licet alias non puniretur quis pena capitulis propter duas uxores: tamen quando plures duabus habet, tenetur, ut latē habetur per Grammat. vot. 17. ubi retulit ita fuisse notatū in magna curia: & illum refert, atque sequitur crim. §. Homic. 6. sub numero 214. Giach.

P *Sed pone.* Farin. d. q. 140. part. 2. nu. 42. ubi

videtur esse, quod puniatur i. pena stupri, quae est publicatio dimidia partis bonorum, ut in facti contingentia consuevit Alexand. consil. 156. libro septimo. Præterea tales ducētes duas uxores sunt infames, ut est textus in l. 2. Codice de incest. nupt. & ita tenent communiter Doctores, ut attestatur Antonius Gomef. super l. 80. Tauri, numero vigesimo septimo. Sed hodie, ut ait Anton. Gomef. ibi, & Didac. sup. 4. decret. fol. 126. num. 8. praxi recepit, ut contrahentibus binas nuptias candenti ferro fronti imprimatur littera Q. Ceterum hoc fortē apud Hispanos seruatur: Nos autem habemus constitutionem disponentem, quod puniantur in scutis 500. vel tribus istibus aculei, & alterius arbitrio Senatus. Solet autem Senatus, quando quis plures, quam duas uxores habet eodem tempore grauius in eum animaduertere, prout factum fuit in quodam Bartholomeo Comensi, qui quatuor mulieres eodem tempore viuētēs uxores duxerat: fuit enim publice fustigatus, & ad triremes per triennium transfusus, 2. Decembris 1531. C. Grammat. autem voto 17. refert, quod quidam, qui eodem tempore quinque uxores duxerat, fuit propter delictum toties reiteratū, ultimo ° sup-

plicio affectus ex iudicio illius curia Neapol.

S *Sed pone, quod mulier virum suum, qui longo tempore absens fuerat, esset vita defunctum arbitrata, alium duxerit in maritum: nunquid erit puniendā? Respond. quod si quis talis mulier certū nuntium de mariti morte acceperit, vel etiam aliter fama publica interueniente probabiliter credere potuerit illum defunctum esse, debet excusari: alias verō puniatur de adulterio, & hæc est communis opinio, ut attestatur Antonius Gomef. super dict. leg. octuages. Tauri, numero trigesimo primo.*

O *Omnes autem coitus cuiusque generis sint, si per vim committantur, grauius puniri debent. Et idē cognoscens carnaliter mulierem per vim, puniatur pena capitulis, ut dixi infra hoc eodem libro, §. Raptus, circa princip. & ita etiam cautum est per constitutiones huius Ducatus, quas tamen Senatus non semper obseruat, licet grauius puniat. Et memini, quod quidam Hieronymus de Lomatia pro violentia illata mulieri, etiam quod haberet pacem, fuit transfusus ad triremes per quinquennium, vigesimo octauo Septembris 1559. P. N. Et potest poni exemplum in adulterio per vim commissio, ut in casu, in quo consuluit Grammat. consilio 45. item in Sodomia perpetrata cum violentia, ut in casu, in quo consuluit Mantua, consilio 213. libro 1.*

etiam qualiter probetur mors viri, vt licentia datur per 12. concl. *Rof.*

S *Sed pone quod mulier.) Adde ¶ videndum Me-noch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 5. cau. 420. num. 118. cum seq. Baiard. q. Num. 31.) Farin. dict. quæst. 140. part. 1. num. 5. *Rof.**

O *Omnes autem coitus.) Adde Constum de Tours, titulo Droutz de hault iustice tit. 4. artic. 1. vers. femme feroce. 40. Rapiens ¶ autem in honestam mulierem puniatur tantum pena arbitaria, ut hic, & est fortassis ratio; quia ut saepe euenit in facto; Mulier, quæ cognoscit aliquem ob eius desiderium deperire, intendit inuita amari; idē inuita ratione publici officij cognosci potest, Dec. in l. inuitus numero septimo. ff. de reg. iur. Drog.*

O *Omnes autem coitus.) Adde ¶ quod Hostiens. in capitul. continebatur, extra de despons. impub. dicit, quod mulieri non creditur de violentia, si copula carnalis sit secuta. Baiard.*



S. FVRTVM.

S Y M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Furtum quid sit.
- 2 Furtorum genera quot sint.
- 3 Domino rei an licet rem furatam perquirere in domibus aliorum.
- 4 Et an possit proponi edictum, ut qualibet teneatur indicare rem furtiuam.
- 5 Et an ille, apud quem reperitur res substracta, presumatur fur.
- 6 Et an furtum sit graue delictum.
- 7 Furti pena quæ sit.
- 8 Et quid in furibus famosis.
- 9 Et an pro vno furto magno possit quis suspendi.
- 10 Et an stante statuto, quod pro tertio furto quis suspendatur, si quis commiserit duo furta extra territorium, & vnum in territorio, possit suspendi.
- 11 Et an fur, qui rem furatam in aliud territorium exportauit, possit in eo puniri ratione contractationis.
- 12 Et quid si fur pro duobus primis furtis fuerit iam punitus.
- 13 Et quid si fuerit absolutus.
- 14 Et quomodo dicatur esse tria furta.
- 15 Fures an possint capite puniri.
- 16 Et an puniantur pena quadrupli.
- 17 Fur deprehensus instiganti crimine potest impune occidi. Remissiuè.
- 18 Contra furem potest in litem iurari.
- 19 Quando dicatur constare de furto, Remissiuè.
- 20 Fur an excusetur à pena furti, si probet illam, cui furatus est, esse suum debitorem.
- 21 Et quid si ille, cui res furata fuit, protestetur, quod illam accepit de eius voluntate, vel consensu.
- 22 Furta domestica an sint puniendā.
- 23 Furtum de remedici valoris an sit puniendum.
- 24 Propter necessitatem an licitum sit furari.
- 25 Et an si postea fur ad pinguiorem fortunam perueniat, teneatur restituere.
- 26 Emens rem furtiuam an teneatur ad eius restitutionem.
- 27 Qualiter procedatur pro furto aduersus nautas, capones, stibularios.
- 28 Et an quando familia furtum fecisse dicitur, punitio vnus liberet alios.

Ex Additionibus.

- 1 Furtum varijs modis committitur.
- 2 Furtum de iure canonico sumitur pro omni vrsurpatione.
- 3 Furtum in foro poli sola voluntate contrahitur, secus in foro fori.
- 4 Furtum in re propria, cum creditur aliena, num. eod.
- 5 Furtum in re communi committitur.
- 6 Et quid in socio negotiante pecuniam communem, nu. eod.
- 7 Famulus, vel nuntius non restituens pecuniam Titio, cui deferendam dominus tradiderat, an furtum committat remissiuè.
- 8 Famulus fugiens a Domino an presumatur res amissas subtraxisse.
- 9 Furtum committitur cum rei amotione, & contractatione. Statutum de furto non habet locum in damno dato, nec è contra nu. eod.
- 10 Furtum, vel rapinam non committit, qui per vim metumue iustum aliquid consequitur.
- 11 Vendens scienter rem alienam an furtum committat.
- 12 Et quid in exigente tributum, vel gabellam indebitam.
- 13 Fur debet puniri licet persona sit incognita, cui furatus est.
- 14 Furtum manifestum, & fur manifestum quis dicatur.
- 15 Furtis perquisito domino concedenda est.
- 16 Furtum fecisse presumuntur vicini conuersantes, & familiares male fama.
- 17 Et contra quos presumatur de furto remissiuè, nu. eod.

- 15 Furta non sunt inuestigenda per auguria, vel magica documenta, aut superstitiones.
- 16 En an possit proponi edictum de furtiuis reb. indicandis remissiuè.
- 17 Et ille tenetur rem furtiuam exhibere, penes quem reperitur.
- 18 Et an dominus domus, in qua fuit reperta res furtiua, dicatur in culpa, & conscius furti remissiuè.
- 19 Et an credatur vnico testis, ibi fuisse repertam, remissiuè, nullo eod.
- 20 Et an dominus domus possit torqueri, & condemnari, remissiuè, num. eod.
- 21 Et an Adulteratus consulens furem, ac retinens penes se rem furtiuam, teneatur propalare furtum, vel reum, remissiuè.
- 22 Furtum an presumatur ab eo commissum, penes quem res furtiua fuit reperta, remissiuè.
- 23 Et an teneatur docere, à quo rem habuerit, remissiuè, nu. eod.
- 24 Furtum quando dicatur delictum atrox, vel enorme.
- 25 Et an comprehendatur sub statuto loquente de robaria.
- 26 Furtum an dicatur egregium, vel enorme, remittitur arbitrio iudicis.
- 27 Furtum licet modicum dicatur enorme, si ex eo tumultus subse-quatur.
- 28 Furti pena quæ sit, & quæ olim apud Græcos, & alios remissiuè.
- 29 Et quæ in Regno Neap.
- 30 Furti confessio quandoque sibi non præiudicat.
- 31 Fures ex generali consuetudine pro tribus furtis laqueo suspenduntur.
- 32 Confessus duo furta, de quibus constabat, & plura alia minima, de quibus non constabat, an possit ad furcas condemnari.
- 33 Furta tria licet leuia penam mortis merentur.
- 34 Verbum sepius de tribus vicibus intelligitur, nu. eod.
- 35 Statutum, vel consuetudo super furto an comprehendat crimē expilatæ hereditatis, vel rapinam.
- 36 Fur non debet relaxari, nisi restituta re furto substracta, uel soluta.
- 37 Etiam si ciuilitate actum non fuerit ad furti restitutionem, vel index proccederet per inquisitionem, nu. eod.
- 38 Et index tenebitur, si per negligentiam non fecerit restituere.
- 39 Et quid in diffamatoribus.
- 40 Et fur debet condemnari ad restitutionem, quāuis nihil fuerit petiitum per partem, vel aliter, quam deceat.
- 41 Et est condemnandus in eodem iudicio, instantia, & sententia, licet damnaretur ad mortem, alias index teneatur de suo.
- 42 Et bona sunt tacite hypothecata pro restitutionis, aduersus redes, & alios proffessores.
- 43 Statutum si respiciat valorem rei, debet valor communi estimatione probari.
- 44 Statutum quod committens furtum in re valoris scutorum decem suspendatur, comprehendit duos, vel plures eam summam furto subtrahentes, & diuidentes.
- 45 Et si diceret, quid furans infra valorem vnus auri fustigeretur, & res tanti valeat, nec pluris, aut minoris, porinde est, ac si esset infra vnum aureum.
- 46 Furti pena puniatur, capiens bona in mare proiecta tempore tempestatis, vel cadentia de rheda, seu curru.
- 47 Furti causam dans aperiendo, vel frangendo ianuā domus, in qua furtum factum fuit, an teneatur furti.
- 48 Furtum magnum an pena mortis vndicetur.
- 49 Et quid si statutum tria furto requireret, num. eod.
- 50 Et quæ sint necessaria, ut dicatur furtum magnum, vel egregium, remissiuè, nu. eod.
- 51 Et an sit furtum magnum, remittitur arbitrio iudicis.
- 52 Furtum quibus circumstantijs aggrauetur.
- 53 Furtum vnicum quibus casibus pena capitulis plebatur, remissiuè, nu. eod.
- 54 Fur nocturnus cum armis aggreddens laqueo suspenditur.
- 55 Furtum quando dicatur vnicum remissiuè.
- 56 Statutum puniens opem, sicut furtum, non habet locū in receptatore.